

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluptas g
cum uariis

Quid autem de corporis uoluptatibus loquar quarum appetencia quidem plena est
anxietatis, sacietas uero penitencie? Quarum motus quid habeat iocunditatis, ignoro.
Tristes uero esse uoluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum intelliget. Que
si beatos explicare possunt, nichil cause est quin pecudes quoque beate esse dicantur.

Boecius libro III. de consolatione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

autem] aut P V¹, *om.* V² L¹ L²; reminisci] reminiscitur V² L¹ L²; possunt] posset P V¹,
possent V² L¹ L²; est *om.* P V¹ V² L¹ L²